

nos. Tunc enim convenitur, non modò, ut docendo & discendo verbum Dei, ut tendo sacramentis divinitus institutis, & fundendo preces ad Deum pro necessitatibus nostris, cultum Deo præstemus: sed etiam, ut charitatem in proximos mutuis cohortationibus, consolationibus atque subsidiis declaremus.

UNUSQUISQUE VESTRUM APUD SE REPONAT) Hoc est alterum. Non vult ex fisco promi eleemosynas: sic enim obscura aut nulla appareret singulorum beneficentia. Nec vult unum solum aut paucos gravari: sed singulos aliquid conferre: ut singuli *αὐτοὶ τελέσων* suam erga egenos fratres declarant. **APUD SE REPONAT**) secreto & absq; pompa vel ostentatione, Pharisæorum more: quorum ambitionem hypocrisin Christus damaat Matth. 6.

RECONDENS, QUOD CUNQUE PROSPERAVERIT) Quantum pro sua cuiq; prosperitate visum fuerit. *Κόδεσθι* enim est prosperum iter habere Rom. i. ver. 10. ab *λ* & *ιδας*. Postea trāsfertur ad quosvis prosperos successus. Est ergo hoc *tertium*: ut quisq; pro modo facultatum suarum conferat. Servetur in hoc geometrica proportio: qui plus possident, plus erogent: qui minus habent, minus conferant. Nam etiam exiguum, quod ex charitate datur, gratū est Deo. Neq; enim doni magnitudine, sed animi promptitudine placent misericordiē opera. Et Aristoteles in liberalitate non putat interessere quantum detur, modò detur *καὶ σταύρων, καὶ αὐτίπτως, καὶ κατάθητεν*. Ita qui sunt egeni non gravabuntur: parū conferentes à divitioribus non contemnentur. Qui verò opulentiores sunt, ad maiorem liberalitatem moneantur: quia hi plerunq; tenaciores sunt, & parcū, quam egeni, aut mediocres, contribuere solent. Participio *προσωπεῖζων* tacitè innuit, non perire, quod datur pauperibus, sed in thesaurum recondi

A. Eth.
cap. 1.

A apud Deum: qui hilarem datorē diligit, & liberaliter remuneratur. Infra dicet: *Qui parcē seminat, parcē & metet: qui uero copiosē seminat, copiosē & metet*: Non fovens aut excitans in nobis meritorum fiduciam: sed gratuitæ compensationis spem. Neque enim qui serit meretur inesse: sed à Deo gratuitam petit, & exspectat. Significat ergo, optimum & tutissimum thesaurum illis fore, quicquid in sanctos contulerint. **N E C U M VENERO**) Ratio, cur mature significet, & fieri velit collectam: ne tunc demum facienda sit, ubi venerit: hoc est, subito & tumultuarie, & sic minus commodè.

3 POST QUAM AUTEM ADFUERO:) Hoc est *quartum*. Ostendit, per quos eleemosynas ablegari ad fratres egenos velit: per viros nempe probatos, quorum ipsi fidem & diligentiam sibi commendaverint. *Ἄλλο θησαυρῶν, PER EPISTOLAS:*) proximè cohæret cum *δημόσιαις*. Ita sensus erit quem dixi: ut literis sibi nominēti viros probatæ fidei, quos Hierosolymam dirigat cum eleemosyna. *Syrus* tamen interpres refert ad verbum *πινάκων: ego mittam eos cum epistola ad fratres Iudeos*: ut *Ἄλλο θησαυρῶν* sit pro, *σὺν θησαυρῷ: cum epistola*, nempe *mea*: & hunc sensum magis probat *Beza*. Summa, ut alacrius dent, ostendit, non se manibus suis contrectaturum, nec alienis commissurum esse eorum pecunias: sed iis, quorum ipsi fidelitatem probaverint. Sumus n. hinc alacriores ad dandū, quando quod damus, bene collocatum Diri non dubitamus. *Τινὲς χάρειν: gratiam*, hoc est, eleemosynas ex gratia datas: metalepsis causæ pro effectu. Sunt quidem eleemosynæ pauperibus debitæ, jure naturæ: indebitæ verò obligatione civili: cuius respectu sunt meræ gratiae: Unde *χάρην* vocant *beneficium*. Priùs à modo collectionis *λογίας*, & *λογίας* vocabat: quia viritim conferebantur. Act. 24.27. *νομιμοσιῶν καὶ προφοράς*: à causa

Yy 2